UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologōn diaphorōn syngrammata palaia kai orthodoxa

Gessner, Conrad

Tiguri, 1560

VD16 G 1810

Canones Sanctorvm Et Beatorvm Patrvm Qvi Neocaesariae Congregati Fvervnt. Posteriores Qvidem illis qui Ancyræ conuenerunt, sed seniores Nicenæ conuentu: attamen propter dignitatem Niçeni canones his ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-72021

Visual Library

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΝΕΟΚΑΙΣΑΡΕΙΑ, ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ ΜΑΚΑΡΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ· ΟΙ ΤΙΝΕΣ δεύτεροι μὲν εἰσι τῶν ἐν ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν νικαίᾳ προγενέστεροι, διὰ δὲ σεβασμιότητα προτέτακται αὐτῶν ἐν νικαίᾳ.

CANONES SANCTORVM ET BEATORVM PATRVM QVI NEOCAESARIAE CONGREGATI FVERVNT: POSTERIORES QVIdem illis qui Ancyræ conuenerunt, ſed ſeniores Nicenæ conuentu: attamen propter dignitatem Niceni canones *his ante poſiti ſunt.*

1 Πρεσβύτερος ἐὰν γήμῃ, τῆς τάξεως αὐτὸν μετατίθεσθαι· ἐὰν δὲ πορνεύσῃ ἢ μοιχεύσῃ, ἐξωθεῖσθαι αὐτὸν τέλεον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν.

PRESBYTER ſi uxorem duxerit, ab ordine ſuo illum deponi debere. Quòd ſi fornicatus fuerit, uel adulterium commiſerit, extra eccleſiā abijci, & ad pœnitentiam redigi.

2 Γυνὴ ἐὰν γήμηται δύο ἀδελφοῖς, ἐξωθείσθω μέχρι θανάτου· πλὴν ἐν τῷ θανάτῳ διὰ τὴν φιλανθρωπίαν, εἰποῦσα, ὡς ὑγιάνασα λύσει τὸν γάμον, ἕξει τὴν μετάνοιαν. ἐὰν δὲ τελευτήσῃ ἡ γυνὴ ἐν τοιούτῳ γάμῳ οὖσα, ἤτοι ὁ ἀνὴρ, δυσχερὴς τῷ μένοντι ἡ μετάνοια.

Mulier, ſi duobus nupſerit fratribus, abijciatur uſque in diem mortis. Sed propter humanitatem in extremis ſuis, ſacramentis reconciliari oportet, ita tamen ut ſi fortè ſanitatem recuperauerit, matrimonio ſoluto, ad pœnitentiam admittatur. Quòd ſi uir aut mulier in eiuſmodi cōiugio mortem obierit, ſuperſtiti difficilis locus eſt pœnitentiæ.

3 Περὶ τῶν πλείστοις γάμοις περιπιπτόντων, ὁ μὲν χρόνος σαφὴς ὁ ὡρισμένος, ἡ δὲ ἀναστροφὴ καὶ ἡ πίστις αὐτῶν συντέμνει τὸν χρόνον.

De his qui frequenter uxores ducunt, & de his quæ ſæpius nubunt, tempus quidem pœnitentiæ his conſtitutum manifeſtum eſt. Sed conuerſio & fides eorum tempus abbreuiat.

4 Ἐὰν πρόθηταί τις ἐπιθυμῆσαι γυναικὸς, συγκαθευδῆσαι μετ᾽ αὐτῆς, μὴ ἔλθῃ δὲ εἰς ἔργον αὐτοῦ ἡ ἐνθύμησις· φαίνεται, ὅτι ὑπὸ τῆς χάριτος ἐρρύσθη.

Si quis concupita muliere, etiam ſi concubitus eius deſiderium habeat, non autē ſubſequatur effectus, manifeſtum eſt hunc fuiſſe per diuinam gratiam liberatum.

5 Κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς κυριακὸν, ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ· οὗτος δὲ ἁμαρτάνων, ἐὰν μὲν γόνυ κλίνων, ἀκροάσθω μηκέτι ἁμαρτάνων. ἐὰν δὲ καὶ ἀκροώμενος ἔτι ἁμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω.

Catechumenus, id eſt audiens, qui ingreditur in Eccleſiam, & ſtat cum catechumenis, ſi peccare fuerit uiſus & figit genua, audiat uerbum, ſe abſtineat ab illo peccato quod fecit. Quòd ſi audiens in eo perdurat, abijci omnino debet.

6 Περὶ κυοφορούσης, ὅτι δεῖ βαπτίζεσθαι ὁπότε βούλεται. οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ κοινωνεῖ ἡ τίκτουσα τῷ τικτομένῳ· διὰ τὸ ἑκάστου ἰδίαν τὴν προαίρεσιν τὴν ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ δείκνυσθαι.

De prægnantibus, quòd oportet eas baptizari quando uolunt. Nihil enim in hoc ſacramento commune eſt parituræ, & illi qui de eius utero fuerit editus, quia uniuſcuiuſque in illa cōfeſſione, libertas arbitrij declaratur.

7 Πρεσβύτερον εἰς γάμους διγαμούντων μὴ ἑστιᾶσθαι. ἐπεὶ, μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος ὁ διὰ τῆς ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις;

Presbyterum conuiuio ſecundarum nuptiarum intereſſe non debere, maximè cum præcipiatur ſecundis nuptijs pœnitentiam tribuere. Quis ergo erit presbyter, qui propter conuiuiū illis conſentiat nuptijs?

8 Γυνή τινος μοιχευθεῖσα λαϊκοῦ ὄντος, ἐὰν ἐλεγχθῇ φανερῶς, ὁ τοιοῦτος εἰς ὑπηρε-

Si cuius uxorem adulterium commiſiſſe, cùm eſſet laicus, fuerit comprobatū, hic ad miniſte-

rium eccleſiaſticum admitti non poteſt. Quòd ſi in clericatu iam cõſtituto eo, adulterauit, dato repudio, dimittere eam debet. Si uerò retinere eius conſortium uelit, nõ poteſt ſuſcepto miniſterio perfrui.

Qui admiſerit corporale peccatũ, & hic poſtea presbyter ordinatus eſt, ſi confeſſus fuerit quòd ante ordinationẽ ſuã peccauerit, nõ quidem offerat, maneat tamen in alijs officijs propter eius ſtudij utilitatem. Nam cætera peccata cenſuerunt plurimi, etiam ordinatione priuare. Quod ſi de his nõ fuerit confeſſus, nec ab aliquibus poteſt manifeſtè conuinci, huic ipſe de ſe poteſtas eſt committenda.

Similiter & diaconus ſi in eodem culpæ genere fuerit inuolutus, famuli locum habeat.

Presbyter ante triginta annorum ætatem non ordinetur, quanuis ſit probabilis uitæ, ſed obſeruet̃ uſque ad præfinitum tempus: Dominus enim Ieſus Chriſtus trigeſimo anno baptizatus eſt, & tunc prædicauit.

Si quis in ægritudine conſtitutus fuerit baptizatus, præsbyter ordinari nõ debet. Non enim fides illius uolũtaria, ſed ex neceſsitate eſt: niſi fortè poſtea ipſius ſtudium & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas cogat.

Presbyteri qui cõregionales ſunt, in eccleſia præſentibus Epiſcopis uel presbyteris ciuitatis offerre non poſſunt, nec dare panem ſanctificatum, nec calicem porrigere. Quòd ſi abſentes ſint ciuitatis ſacerdotes, & fuerint inuitati ad dandam orationem, ſoli debebunt dare.

Vicarij autem Epiſcoporũ (quos Græci Chorepiſcopos uocant) conſtituti ſunt quidem ad exemplum ſeptuaginta ſeniorum, ſed tanquam conſacerdotes propter ſolicitudinem & ſtudiũ quod in pauperes agunt, offerant, & honorabiles habeantur.

Diaconi ſeptem eſſe debent ſecundùm regulam, quanuis magna ſit ciuitas. Regulæ autem authoritas iſta eſt. Quòd & liber Act. Apoſtolorum inſinuat.

ρεσίαν ἐλθεῖν οὐ δύναται. ἐὰν δὲ καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν μοιχευθῇ, ὀφείλει ἀπολῦσαι αὐτήν. ἐὰν δὲ συζῇ, οὐ δύναται ἔχεσθαι τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ ὑπηρεσίας.

9 Πρεσβύτερος, ἐὰν προημαρτηκὼς σώματι προαχθῇ, καὶ ὁμολογήσῃ, ὅτι ἥμαρτεν πρὸ χειροτονίας, μὴ προσφερέτω, μένων ἐν τοῖς λοιποῖς, διὰ τὴν ἄλλην σπουδήν. τὰ γὰρ λοιπὰ ἁμαρτήματα ἔφασαν οἱ πολλοὶ καὶ τὴν χειροθεσίαν ἀφιέναι. ἐὰν δὲ αὐτὸς μὴ ὁμολογῇ, ἐλεγχθῆναι δὲ φανερῶς μὴ δυνηθῇ, ἐπ' αὐτῷ ἐκείνῳ ποιεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν.

10 Ὁμοίως καὶ διάκονος εἰ ἐν τῷ αὐτῷ ἁμαρτήματι περιπέσῃ, τὴν τοῦ ὑπηρέτου τάξιν ἐχέτω.

11 Πρεσβύτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω, ἐὰν καὶ πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλὰ ἀποτηρείσθω. ὁ γὰρ κύριος ἰησοῦς χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐβαπτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν.

12 Ἐὰν νοσῶν τις βαπτισθῇ, εἰς πρεσβύτερον ἄγεσθαι οὐ δύναται. οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης· εἰ μὴ τάχα διὰ τὴν μετὰ ταῦτα αὐτοῦ σπουδὴν καὶ πίστιν, καὶ διὰ σπάνιν ἀνθρώπων.

13 Ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι ἐν τῷ κυριακῷ τῆς πόλεως προσφέρειν οὐ δύνανται, παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρων πόλεως, οὔτε μὴν ἄρτον διδόναι ἐν εὐχῇ, οὐδὲ ποτήριον. ἐὰν δὲ ἀπῶσι, καὶ εἰς εὐχὴν κληθῇ, μόνος δίδωσιν.

14 Οἱ δὲ χωρεπίσκοποι, εἰσὶ μὲν εἰς τύπον τῶν ἑβδομήκοντα· ὡς δὲ συλλειτουργοί, διὰ τὴν σπουδὴν εἰς τοὺς πτωχούς, προσφέρουσι τιμώμενοι.

15 Διάκονοι ἑπτὰ ὀφείλουσιν εἶναι κατὰ τὸν κανόνα, κἂν πάνυ μεγάλη εἴη ἡ πόλις. πεισθήσῃ δὲ ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν πράξεων.